

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prudencia siue prouidencia z
cum fonte primo

Prudentis est ne quem in casum incidat
cauere, et si quod forte acciderit, fortiter
ferre. Fortis nemo potest iudicari nisi
et prudens fuerit. Virtus enim sine
sapientia temeritas periculosa
putanda est.

Socrates in suis sentenciis.

De sapientia Socrates dixit.

Sapientis est, ne quem in casum incidat,
cavere et si quid forte acciderit fortiter
ferre. Fortis non potest iudicari, nisi
et sapiens fuerit. Virtus enim sine
sapientia periculosa est temeritas
imputanda.

Pseudo-Caecilius Balbus, *De nugis*
philosophorum , 2, 1-2 (E. Woelfflin ed.,
p.20, ll.11-14).